X
2
2.W.l.
29

VERGILIVS.

K.

P. V. M. MANTVANI BV COLICORVM TITYRVS.

Melibœus. Tityrus.

Tityre tu patulæ recubãs ſub tegmine fagi Me.
Syluestrem tenui muſam meditaris auena.
Nos patriæ fines, et dulcia linquimus arua,
Nos patriam fugimus, tu Tityre lentus in umbra
Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas.
O Melibœe, deus nobis hæc ocia fecit. Ti.
Nanq; erit ille mihi ſemper deus. illius aram
Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues, ut cernis, et ipſum
Ludere, quæ uellem, calamo permiſit agreſti.
Non equidem inuideo, miror magis. undiq; totis Me.
Vſque adeo turbatur agris. en ipſe capellas
Protinus æger ago. hanc etiam uix Tityre duco.
Hic inter denſas corylos modo nanq; gemellos,
Spem gregis, ah ſilice in nuda connixa reliquit.
Sæpe malum hoc nobis, ſi mens non leua fuiſſet,
De cœlo tactas memini prædicere quercus.
Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.
Sed tamen, iſte deus qui ſit, da Tityre nobis.
Vrbem, quam dicunt Romam, Melibœe putaui Ti.
Stultus ego huic noſtræ ſimilem, quo ſæpe ſolemus

ALDVS STVDIOSIS OMNIBVS. S.

P.V.M. *Bucolica. Georgica. Aeneida quam emendata, et qua forma damus, uidetis. cætera, quæ Poeta exercēdi ſui gratia compoſuit, et obſcœna, quæ eidem adſcribuntur, nō cēſuimus digna enchiridio.*

E*ſt animus dare poſthac ijſdem formulis optimos quoſque autores.* V*alete.*

IN GRAMMATOGLYPTAE LAVDEM.

Qui graijs dedit Aldus, en latinis
Dat nunc grammata ſcalpta dædaleis
Franciſci manibus Bononienſis.

CMC
MVSEVM
BRITANNICVM